

Tand. 4

Vid. et  
infra, 433.

atque in B. M. salis tartari q. v. imbibere sine. Quo facto, feces residuas abjice: atque spiritum vini probè per chartam bibulam trajice: quò sæpius, eò melius. Deinde iterum in B. M. pone: atque spiritum vini, ad dimidium, sexies vel septies abstrahere: semper reaffundendo vinum separatim. Tandem in arenam pone: atq; ignem primò lentum, deinde fortiolem, subministra. Sic spiritus, sale tartari imprægnatus, per alembicum feretur.

Quando hunc spiritum tartarisatum ab oleo Vitrioli, quod aliquoties à suo capite mortuo destillatum, & sale proprio imprægnatum sit, aliquoties abstraxisti: tandem oleum vitrioli, quod aliàs difficulter altum perit, per rostrum latum alembici, (cucurbita non sit alta) in vas recipiens destillabit.

In hujus olei uncia una semis, facili negotio, per noctem, in calore, calx solaris superiùs præparata, ad drachmam unam, dissolvitur, ut semper aurum ei immistum maneat.

Uusus. Vires exserit insignes in melancholia hypochondriaca, cordis palpatatione, febribus, morbo comitiali, attonito, pleuritide, hydrope, syncope &c. ad guttas 6. vel 10, in conveniente liquore exhibitum.

NOTÆ